

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**  
**Dilingæ, 1685**

40. Quod Sacramentum Evcharistiæ sit memoria mirabilium Domini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

*Quod Euch. fit memoria mirab.* &c. 421

## MEDITATIO XL.

*Quod Sacramentum Eucharistiae fit  
memoria mirabilium  
Domini.*

**M**Emoriam fecit mirabilem suorum miseri- ps. 100.  
cors & miserator Dominus: escam dedit ti- 4.  
mentibus se: reducuntur ad septem.

### PUNCTUM PRIMUM.

**E**st memoriale ipsius Divinitatis, *qua in Memo-*  
*Christo habitat corporaliter:* & totius Tri- ria Di-  
nitatis, quia ubi una est persona, etiam reliquæ vinit.  
ob naturæ unitatem: & quia omnes simul o- Col. 2. 9.  
perantur, quidquid ibi est mirabile. Proinde  
etiam ibi sunt omnes thesauri sapientiae & scien-  
tiae Dei, necnon bonitatis, aliarumque perfecti-  
onum.

### PUNCTUM II.

**E**st memoriale operum omnipotentiae Dei. Operum  
1. Dum accidentia separantur à substantia, omni-  
ac sine illa conservantur, ipsa desinente. 2. *Quod* potentie  
convertitur in corpus Christi, quale habet in  
cœlo. 3 *Quod* hoc sit sub speciebus indivisi-  
biler totum in quavis particula. 4. *Quod* 1.  
manens in cœlo, tot locis reponatur, per  
admirabilem conversio-  
nem.

## PUNCTUM III.

M  
S  
1  
3  
F  
C  
1  
Z  
4  
E  
U

Officio  
rum  
Christi.

**E**st memoriale officiorum quæ Christus præstítit in vita mortali, & in hoc Sacramento etiam exhibet: ut sunt medici, magistri, redemptoris, pastoris.

## PUNCTUM IV.

Memor-  
iale  
virtutum.

**E**st memoriale virtutum quas exercuit in vita, atque hic etiam *Humilitatis*, qua se demittit ad species panis: *Obedientiae*, ad verbum Sacerdotis: *Mansuetudinis* & *patientiae*, ob ea, quæ perfert ab hereticis, & indignè communicantibus, & malis sacerdotibus. *Charitatis* & *misericordiae*, sic se donando in testimonium, quod mortuus sit pro nobis, & applicare volens nobis fructum suæ mortis: *Perseverantiae*, dum species durant, & in finem sæculi manendo nobiscum per hoc Sacramentum. Has quinque virtutes à Christo petam, præsertim in communicando, intendendo ad quinque ejus plagas. Per pedum plagas, petam humilitatem & mansuetudinem; per manus, obedientiam & perseverantium; per latens, charitatem.

## PUNCTUM V.

F  
m  
xi.  
p  
e  
rum  
Dei  
E  
u

**E**st memoriale trium maxinorum Dei opere ope- rum: Redemptionis, Sanctificationis, Glo- rificationis. Recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, & futuræ gloriae nobis pignus datur, de quibus ligillatim meditandum.

ME-